

Studendum igitur est pro vite conservacione stomachum preservare, nam eius conservacio est causa vite longissime²⁸. Unde consulo usum huius confectionis, quam ipse descripsi eciam in libro meo²⁹, assignacio cuius hec est:

Recipe cinamomi optimi dragmas III, lignei aloes, sandalorum rube- 140
orum ana dragmam unam, aque rosate muscate ana unciam I, zuccari
rosati uncias II, zuccari taberzet dragmasⁿ III. Fiat confectio solida. Est
enim cinamomum mirabile ad frigus stomachi, ut vult Galenus libro
experimentorum³⁰.

Alia eiusdem virtutis: Recipe vini citoniorum libram semis, aceti 145
fortis albi, zuccari taberzet ana libram I semis, cinamomi dragmas II,
zinziberi dragmam I. Buliant vinum et acetum ad consumptionem to-
tius liquoris, postea addatur cinamomum^o et zinziber et fiat confectio
in morsellis.

Oleum stomachale, quo stomachus debet confortari unctus: Recipe 150
succi mente libram I, masticis, spice, gariofilorum ana unciam semis,
olei communis libram semis. Buliant cum succo in cacabo ad succi
consumptionem.

Possem autem multas describere confectiones, sed pertranseo, quia 155
de communibus plures habemus, quia^p dyambram, electuarium de gem-
mis, dyamuscum dulce³¹ etc.

Suffumigium preservans, quod debet fieri in comodo serenissimi
domini nostri regis:

n) in der Hs. Kürzel für dragma und uncia unklar übereinander geschrieben.

o) cinamomi Hs. p) so in der Hs., möglicherweise zu emendieren in puta o. ä.

28) Vgl. *De conservanda iuventute* (wie S. 144 Anm. 23) fol. 86rb: illud est principium in consideratione non properandi ad intempestivam senectutem et mortem festinam, immo ad continuandi sanitatem bonam valet preservare stomachi dispositionem, quia ipsa est radix illorum.

29) Siehe S. 157 Anm. 14.

30) Galen erwähnte verschiedene Zimtsorten; vgl. Constantinos GRIVAS, *Non-native Herbal Materia Medica in Greek Texts of the Roman Period*, *Medicina nei secoli. Arte e scienza* 30 (2018) S. 531–578, hier S. 545–548; der Titel *Liber experimentorum* lässt jedoch eher an andere Autoren, vor allem Rhazes, denken.

31) Den drei Arzneien, die im Grabadin des Pseudo-Mesue als Stärkungsmittel für Hirn, Magen und Herz beschrieben werden, ist gemein, dass sie gegen grundlose Traurigkeit wirken bzw. den Patienten fröhlich stimmen sollen; vgl. Johannes Mesue, *Opera* (Padua, Laurentius Canozius, 1471), in der mit Folienangaben versehenen Digitalisierung des Exemplars Würzburg, Universitätsbibliothek, I.t.f.32 (<http://vb.uni-wuerzburg.de/ub/permalink/itf32>) fol. 59r–v, 60r, 61r–v.